


medica





HENRICI à ¹⁶⁹⁵
MOINICHEN
OBSERVATIONES
MEDICO-CHIRURGICÆ
CUM ⁶⁴⁶
ANNOTATIONIBUS
JOSEPHI LANZONII,
ET
INDICIBUS NECES-
SARIIS.

DRESDÆ,
Sumptib. GOTTOFR. KETTNERI
Typis RIEDELIANIS. 1691.

Viro Illustri
D. JOH. CHRIS-
STOPH. TROPA-
NEGRO,
SEREN. SAX. PRINC. ELECT.
ARCHIATRO MERITISSIMO.

J. C. W.

S. P. D.

Miraberis forsitan
Vir illustr. me legibus
dicatum (quamvis &
Legibus qui operam dant, medicæ
scientiæ non plane expertes esse de-
cet)

et) has Lanzonii Medici Ferrariensis in Moinichenii Observationes, scholia quas nuper Venetiis mecum attuli publico communicare, sicque vel falcem in alienam messem mittere, vel, cum memet rigidi legantur Catores, alienis ut dicitur pennis superbire, non erubescam. Sed uti prius Viro prudenti, posterius bono non convenit, ita ad neutrum horum unquam animum induxi. Atque ut Patriæ obstrictus quilibet bonus est has à viris egregiis magni utiq; habitas observationes nolui (quas ante annos Lyserus cultro suo anatomi-

co annectere non dubitavit)
& in illas doctissimas certe animadversiones nostratibus
invidere, aut, KETTNERO
nostro sumptus sua sponte
offerente & me iterum ite-
rumque sollicitante, desse.
Sed &, quod rei caput est,
quam ex merito, & quam li-
benter tibi obstrictus sim pu-
blice testandi hanc occasio-
nem prætermittere nefas du-
xi. Nullus enim credas dies
præterlabitur, qui non amo-
ris in me tui, qui non mode-
stia, virtutis tibi propria, qui
non benevolentia TUÆ,
eæque singulariter & præter
morem seculi mihi exhibitæ,
me

me admoneat, & quam hu-
maniter præter meritum &
expectationem superiori An-
no in magni Hetrur. Principis
metropoli Florentiâ , ubi
Serenissimo Saxon.
Principi Electorali,
nostro (quem felicitati, gloriæ,
triumphis superesse sinat Nu-
men!) olim Alexandro Stagi-
rita eras , me exceperis , & ab
Arno ad Tiberim , & reduci
iteram usque ad mare A-
driaticum fidus mihi Achates,
singulis vero nos concomitan-
tibus tot morborum monstra
aëris victusque mutatione ac
longinquitate itineris quo
ma-

) (3

ma-

magis augmentum capiebant
eo graviora videbantur in illis,
felici velocitate domando al-
ter Ulysses fueris, in memo-
riam reducas. Non afferam
dum, quod dici primo loco
debebat, quam ante bina lu-
stra Patriæ meæ Peste eaque
gravissima afflictæ & mox de-
populatæ inter tot suspiranti-
um agonizantiumq; virorum
mortuorum millia solus Tu
ut alter Æsculapius fortiter &
intrepide steteris; etsi non (ipsa
etiam, uti nosti, teste invidia)
statua tibi quam pro meri-
tus eras erecta fuit, saltem
donec virtuti & in Rempubli-
cam egregie meritis laus sua
con.

constabit, gloriæ nunquam in-
termorituræ in animis bono-
rum, æternum tibi monumen-
tum posueris.

Tanta Vir illustr. in Princi-
pem, in Remp. in singulas, &
deniqve in me tua sunt merita,
quæ pluribus evehere mode-
stia tua prohibet. Sed quid
ego tibi & quale redhostimen-
tum offeram? Chartaceum
hoc munus, tuo nomine jam
satis illustre factum, dum alia
jam non liqvent, ut velis bene-
vole suscipere, quidq; Lanzo-
nius præstiterit, æqua lance
perpendeas, & si quid in me
est quod tibi placere poterit;
tuum id esse credito utqve

de eo certior fias, operam da-
bo.

Quod restat, D. T. O. M.
summis votis efflagito ut Te,
cum suavissima Coniuge &
liberis, Soceris insuper duo-
bus Illustr. Martinio, qui ut
Patriæ suæ ornamento est, sic
meritis in Rempubl. jam ad
Potentiss. Dan. Regē
Orator ablegandus felicem
coronidem imponat. Et Ve-
nerandum illum Senem Ar-
chiator. nostrorum Princi-
pem, &c. Birnbaumium per se-
cula virescere sinat, proximæq;
felicitatis instrumentum sem-
per sequentis sit, faxit

DEUS.

AD



AD
LECTOREM.

Ad calcem Cul-
tri Anatom.
M. Liseri im-
pressæ fuerunt Anno
1679. Francofurti, in
officina Hafniens. ob-
servationes *C. Hen-*
ri-

rici à Meinichen Me-
dico - Chirurgicæ ,
qvæ qvanto in pretio
habitæ sint à Medici-
næ Profefloribus, ne-
mo ignorat. Has igi-
tur iterùm modò, sed
scholiis adauctas, pu-
blici juris facio, atqve
Typis reimprimen-
das trado, certus be-
nevolentia ac grati
Animi tui (BENEVOLE
LECTOR) hoc facio,
NON

non ut alieno sub no-
mine mei labores fa-
mam acquirant; sed
solum ut majori lumi-
ne in litteratorum
Theatro, & majori
gloria *Observatio-
nes Cl. à Moinichen*
effulgeant; Accipi-
as igitur velim fere-
na fronte (AMICE LE-
CTOR) præfens opu-
sculum, quemadmo-
dum quoque, meos
alios labores accepi-
sti,

sti , & scias me desi-
derio valde flagrare
tui studiosæ volunta-
ti satisfaciendi, quod
fortassis, DEO tamen
jubente, aliis meis la-
boribus Typis tra-
dendis faciam. Va-
le, & me ama.





HENRICI à
MOINICHEN

D. Medici Regii Hafn.

OBSERVATIONES
Medico-Chirurgicæ

Missa ad

THOMAM BARTHOLINUM

Nunc demum à

JOSEPHO LANZONO,
Medico Ferrariensi

Scholiis adauctæ

I.

Dolor dentium periodicus.

FRANCISCUS DONADONUS Medi-
cus Venetus, semel quotannis

A la.

laborat dolore dentium superioris
maxillæ, qui in abscessum abit,
è quo concocti puris cochlear u-
num effluit dolore penitus evane-
scente. Varia olim tentavit: ut-
pote purgationes, venæ sectiones,
anodyna, & alia, modo nihil co-
natur, nisi quod statim ac dolor
invadit, tumenti gingivæ emoli-
entia, ac maturantia imponat ad
citiores inclusæ peccantisque
materiæ exitum, quem in gingi-
va lancettâ sollicitat, dicta puris
quantitate elapsa, nullus amplius
per sentitur dolor, ægro statim con-
valescente.

SCHOLIUM LANZONI.

Acutissimos inter dolores
merito ponitur odontalgia,
hec enim secunnum Celsum
multos ad desperationem por-
ta-

tavit; hinc *Borellus* de Rustico
 refert tanto dentium dolore
 vexato ut pro mortuo sæpè ha-
 bitus fuerit. Quamobrem post-
 ea tam varia hinc indè ab Aucto-
 ribus in odontalgia laudantur
 remedia, ut integrum volu-
 men sola illorum narratione ha-
 beretur; Primò enim unicum
 esse remedium *Diemer broech*
 faterur ad dentium dolores fu-
 gandos sanguinem detrahere
 ex arteria, quæ vitalem sangvi-
 nem dentibus suppeditat; quod
 confirmat *Vit. Riedlin*. Ol. Bux.
 præstantissimum esse affirmat
Burnet. Acet. camphoratum in
 ore detentum ad dolores denti-
 um fugandos conferre tradit *B.*
Montagnana. Frustulum tabaci
 masticatum dolorem dentium
 sanare observavit *River*. Os

Buſonis ſolo contactu odon-
 talgiam tollere docet *Jo. Hel-*
montius, & ſi dentes ſint cavi ac
 doleant, præſtans eſt Ole. Cary-
 ophyllor. in cujus drac j., Cam-
 pho ſcr. s. ſolutus fuerit, ſi *Io.*
Hartman. credimus; *Io. Heur-*
nus fœminam pipere aquatico
 denti dolenti indito, protinùs
 dolorem ſedafſe fatetur; laudat
 idem Auctor Sandaracam al-
 bam in aceto coctam; *Fernelius*
 ſeqvens adhibet remedium,
 nempe:

R. Roſmar.

Heder. arbor

} m. j.

coque ex poſca, & tepidè ore re-
 tinetur. *Petr. Borell.* Betoni-
 cam naſo inditam curafſe den-
 tium dolorem affirmat. *River.*
 topicum ſeqvens præſcribit:

R. Aloes

R. Aloes drachm. j.
 Camphor. scrup. s.
 Aqv. vit. drachm. s.

& cum bombace dentibus appo-
 nat. *Sennertus* sequentes pillulas
 commendat, id est:

R. Rad. Pyretr. drac. j.
 Serpent.)
 Filicis) drac. s.
 Oxylapat.)
 Alum. ust.

Mellis q. s. f. pillul.

Cneselius tincturam sequentem
 parat, quæ dentibus dolentibus,
 medetur, si dimidium cochlear
 hujus tincturæ in ore per dimi-
 dium quadrantem horæ conti-
 neatur, postea iterum exspua-
 tur, si opus sit, secunda & tertia
 vice usus reiteretur, cujus de-
 scriptio est:

A 3

R.

R. Rad. pyret.)
 Lign. Sasafras.) drac. ij.
 Sem. Hyoscyam.)
 Caryophyll.) drac. j.
 Mass. pill. de 3.)

incis. & contus. inf. in sp. n. se-
 dativ. simp. vnc. vj. stent per di-
 es tres in digest. vel diutiùs, filtr.
 tinct. adde extract. sedat. liqv.
 Citr. seu tinctur. gran. Cher. ad
 placitum.

Emplastrum sequens maxil-
 læ foelici eventu applicat, *Jo.
 Ferd. Hertodt in crocolog.*


R. Opij acet. disol.)
 Croci pulverisat.) Scrup. j.
 Mastic. drac. s.
 Gumm. Caran. drac. ij.
 cum bals. mastic. f. emplast.

Alii opium internè propinant,
 cuj9 opii partes in vaporem so-
 lubiles ad ascensum impellun-
 tur,

tur, ut ait *Nic. de Blegni* à visce-
rum calore, adeo, ut ad cere-
brum usque impulsæ, ejusque
partem, in qua nervi scaturiunt
valeant, quantumvis crassæ, sat
alte eorum ramos pervadere ad
intercipiendos spiritus anima-
les, qui nimio impetu ac confu-
sè delati ad partes interiores,
cùm malè affectæ sunt, in illis
dolorem pariunt; At verò eti-
amnum per experientiam no-
tum est id cuti ut plurimùm in-
cassum admoveri, si dolores ar-
thritici, luis venereæ, aut reu-
matismi comites mulcendi Cum
vero id tantùm contingat, eo
quod illius medicamenti partes
ea subtilitate non pollent, & pe-
netrandi vi, qua subire vale-
ant exilia nervorum filamenta,
quæ ad integumenta pertin-
gunt,

gunt, sequitur inde, non posse id inferri in nervulos, dentibus sensum impertientes, nisi interiorius adsumptum fuerit, illos subingressurum quia parte originem è cerebro ducunt; Unde liquet, cur opium denti carie eroso immissum dolorem ejus non sedet; *Beguinus* Ol. heraclitum paratum ex corylo non aliter ac Ol. ex ligno guaiaco utilissimum esse censet ad dolores dentium sopiendos *Oswal.* *Crollius* decoctum radic. hyoscyami cum herba persicaria in aceto, elotione calida, dentium dolorem efficaciter sistere ait; Tandemque *R.P. Christini* observationem allatam *D. à Moynichen* imitatus mulierem, quandam à dolore dentium liberavit pungendo gingivam den-

dentī vicinam ad sangvinis exitum.



II.

Pleuritis in abscessum cruris desinens.

Laudati Donadoni curæ commissus fuit Pleuriticus quidam, cum interna viscerum inflammatione insigni qui post venæ sectionem parum exspuit, octidies scilicet vel decies. Hunc sequenti die invisens ab omni febre & pleuritide immunem reperit, sed cum abscessu ad sinistrum crus, qui tandem aperus legitimum pus effudit.

SCHOLIUM LANZONI.

IN internis viscerum inflammationibus necessaria semper

A 5 est

est S. M., hac enim neglecta vix
 faustum eventum sperare licet;
 Ceteris ergo permittentibus, re-
 cte venæ sectio statim admini-
 stratur, ut fecit *Cl. Donadon*, in
 allata histor. *D. Moinichen* quod
 jubet *Hipp. 2. de vict. rat. in acu-
 tis*, & confirmant *Forest. Schenck.
 River. Rolfinc. Sennert. Bruel.
 Franci.* & alii; hinc *River.* in u-
 no ægro eam septies administra-
 vit feliciter; sectio enim venæ
 in *Plevritide* incipiente prodest,
 ait *Wilisius*, eo quod Sangvinem
 alicubi in circuitu præpedi, tum
 à nimia cohibet effervescentia;
 præsertim verò, quia vasa hæc
 ratione valdè deplentur, ac hu-
 mores quoscunque extermina-
 tos prius, adeoqve sangvinem,
 in parte affecta stagnare ince-
 ptum, denuò excipiunt, & fluxi-
 lem

lem reddunt; Cum igitur hoc re-
 medium sit præstantissimum, in
 pleuritide nunquam est omit-
 tendum, etiam in Uteri gestatio-
 ne, in puerperio, in mensiū flu-
 xione, docuit enim experientia,
 gravidis, etiam in 8. gestationis
 mense, immò etiam in infantib9,
 & septuagenariis, sanguine per
 basilicam lateris affecti misso,
 oportune succurri, ut alias do-
 cui in *meis Animadvers. p. 277.*
 Hinc *Hippocr. 2. de vict. rat. in*
Acutis insign. regulam, & in
 praxi utilissimam posteritati
 tradidit: ut mittatur sanguis
 usque ad coloris mutationem,
 si nimirum prima, vel secunda
 venæ sectione sanguis appareat
 crudus & aqvosus, continuanda
 singulis diebus, aut bis in die,

A 6

ut

ut ait River. vacuatio , donec
 sanguis detractus apparet rubi-
 cundus ; si verò initio appareat
 rubicundus , iteranda est venæ
 sectio , donec niger aut lividus
 appareat. Licet autem hujus
 præcepti observatio in praxi ut
 plurimum succedat , tamen ali-
 quando coloris illa mutatio per-
 tinaciter non est expectanda ,
 sed prius à sanguinis missione
 desistendum , cum scilicet , aut
 vires sunt debiles , aut æger ha-
 bitu raro , aut valde resolubili
 præditus , aut tempus calidissi-
 mum ; & quamvis die critico
 nihil movendum svadeat *Hip-
 pocr. in Aphor.* tamen si morbus
 sit in præcipiti , seròque vocetur
 medicus , die etiam critico san-
 guinis missio institui potest ; *Fa-
 brit. Hildan.* enim vocatus ad
 pleu-

pleuriticum septima morbi die,
 sangvinis missionem statim ten-
 tavit, & sic præter spem ægrum
 sanitati restituit; In vena autem
 secunda delectus venarum ha-
 bendus est; melior enim est ve-
 næ sectio eiusdem lateris cum
 parte affecta, quàm oppositi,
 causamque latere in arteriis non
 in venis ait *Wallerus method. me-
 den.* quod etiam affirmavit *Du-
 rettus in Holler.* ut & fecit *Rio-
 lan. in Enchirid.* Præter autem
 venæ sectionem multum in cū-
 ratione pleuritidis facit Oleum
 cucurbitarum oblongarum; E-
 go enim justè confiteri possum,
 pauperem quendam Ferrarien-
 sem pleuriticum sanasse sola ve-
 næ sectione ac inunctione late-
 ris affecti Ol. nostro cucurbitar.
 calidè imposito.

A 7

Ab-

III.

Abscessus cruris per urinam
expurgatus.

Roma non semel observatus est,
abscessus cruris per urinæ vias
expurgari, ut mihi fidem fecit
Johannes Trullig Medico-Chirurgus
Pontificius: Is namque in
Xenodochio S. Spiritus magnum
cruris abscessum, quem medica-
mentis maturans decreverat po-
stridie cultello aperire, ast di-
cto die adveniens disparuisse vi-
det, sine ulla in cute apertura;
quærens ab aegro, an evacuatio-
nes aliquas præterita nocte pas-
sus esset? audit eum copiosius lo-
tium reddidisse, quo viso, fæti-
dum in matula fundo pus offen-
dit;

dit ; Idem aliàs observatum à
Stephano Trullio ejusdem Xeno-
dochii Chirurgi ordinario lauda-
ti germano.

SCHOLION LANZONI.

Natura multoties nobis in-
cognitas sibi aperit vias, ad
expulsionem puris in cor-
poris partibus collecti ; sic Jo.
Rhodius Cent. 2. observ. 89. de
puero narrat brachii dextri ul-
cere, cum convulsione vexato,
qui pus merum per alvum ex-
crevit illæso ventriculo ; & Bo-
rellus ægrum habuisse fateatur,
qui post capitis dolorem, cui ir-
ritè remedia habita fuère, tan-
dem subitò curatus fuit ruptio-
ne vomicæ cerebri, & pure
emissio per os, nares, aures, &
ocu-

oculos; Hinc *Cl. Francisc. Maria Nigrisol. Med. noster Ferrarientis* in praxi facienda vidisse refert Artificem quendam tumore insigni brachii affectum, qui una nocte purulentam materiam per vomitum excreavit & sic liberatus fuit à tumore; Pariterque *D. Hippolitus à Monetis* testatur: Fabrum quendam fuisse, qui ingenti umore in thorace afficiebatur multis cum febribus: dum enim pus conficitur febres fiunt, ac dolores, monente *Hipp. in Aph.* hic una nocte magnam quantitatem purulentæ materiæ per alvum excreavit, à quo integre liberatus fuit.

Hinc discant medici adhuc multas investigandas restare vias in microcosmo, ideoque insanum esse dicere: Omnia
agno

agnovisse & dixisse Gale-
num.



IV.

Uteri prolapsus amputatus.

In veteratum uteri prolapsum,
aliis frustra tentatis, amputa-
tione non semel curavit Mich.
Angelus Rota Medic. Venetus
meus antesignan. in praxi; An-
toni Molinetus Anat. Patavinus
operationem hanc aliquoties per-
fecit felici cum successu.

SCHOLIUM LANZONI.

Uteri procidentiam posse
fieri negat Jo. Van Horn.
microtecn., pag. 166, verum,
ut

ut aliquid pro *Scholio* huic obser-
 vationi addamus, videndum est,
 an secto Utero vivere possit
 Fœmina? Quocirca certum est,
 multos fuisse Auctores, qui fœ-
 minis Uteros, vel corruptos,
 vel sphacelatos evellere; *Volca-
 rus* n. historiam Virginis narrat,
 cui fuit resectus Uterus, & vixit;
Saxonia Venetiis Ancillam vi-
 dit, quæ sibi ipsi amputavit U-
 terum, quia in nimis laboribus
 sæpius procidebat; *Wierus* hoc
 accidisse pecudum castratori,
 qui filiam meretricem Utero
 violenter extracto more pe-
 cudum castravit, ut deinceps ad
 prolem inepta esset; Ulteriùs in
 monstris quandoque deest, ut
Columbus vidit in fœminâ, cui
 nulla matrix, nec vasa femina-
 lia, nec testes erant; In qui-
 bus-

busdam per gangrænam con-
 putruit matrix, nihilominus su-
 perstitibus, ut confirmant *Gati-*
nar. Rousettus, Sever. Pareus,
Carpus, M. de Gradi, Schenck. &
 alii plures, ideò Uterus ad vi-
 tam non est necessarius, qvem-
 admodum mecum tradunt *Wel-*
schius, Bartholinus, Riverus &
 alii.

In amputatione verò Uteri,
 requiritur hæmorrhagiæ cohi-
 bitio ex vasorum reſeratione
 metuenda, ac omnimoda extir-
 patione cancri, & gangrænæ, à
 quibus novorum symptoma-
 tum metus imminet; Ad exa-
 ctam autem prioris harum cir-
 cumſtantiarum observationem,
 comprimenda eſſe vaſa, ait *Nic.*
de Blegny in Zodiac. Gallic. Anno
primo. pag. 224. Uterum alluen-
 tia,

tia, factâ stricta supra Partem
 amputandam ligatura; Poste-
 riori ut satisfiat, necesse esse par-
 tem hanc ad inferiora quantum
 satis est, detrahere, ut ne parti-
 cula vitii ejusque radicem su-
 perstes sit, leniter tamen, ne
 cœteris partibus, quibus conne-
 ctitur, vis aliqua inferatur: Tan-
 dem securitatis gratia, quidquid
 transversè digiti latitudine infra
 ligaturam positum fuerit, re-
 scindendum, ferro deinceps
 candente partem, à quâ pars ægra
 separata fuerit, admoto; & tali
 modo *Wierus* curavit foeminam
 sphacelo Uteri affectam.

V.

Stypticitatis Alvi remedium.

*Stypticitatem alvi ad tertiam
 septimanam durantem, solo
 seri*

*seri caprini copiose assumpti usu
curavit Donadonus,*

SCHOLION LANZONI,

Clar. Samuel Ledelius narrat :
Virginem magnam alvi
stypticitatem passam , mercu-
rio crudo ad vnc. ij. sumpto sa-
lutem adeptam fuisse ; *Hagen-*
dornius de viro refert , cui ob
ingentem alvi obstructionem
venter tumore intumescebat ,
sanato Tartar. emetic. sumpto
ad gr. vj. *Ph. Salmut.* novit ho-
minem , qui intra trium hebdo-
madum spatium semel tantum
alvum exonerabat , & semper
tanto nixù , ut etiam sanguis è
naribus profiliret ; & *River.* de
Religioso narrat , qui alvi stypti-
citate affectus butyro sumpto
con-

convaluit ; Hinc in obstructio-
 nibus alvi pertinacibus , cum
 malum conclamatum sit, variis
 remediis utuntur Practici , ut
 felle *Hippocr.* cujus adhibitionis
 descriptionem tradit *Amat. Lu-*
sitan. quam commendat *Trallia-*
nus ; Et *P. Borellus cent. 2. obser.*
med. 14. in ani stypticitate tor-
 reatur, inquit, mica panis, oleo
 olivar. irroretur, & mane deglu-
 tiatur, & videbitur effectus præ-
 cipue, si bis, aut ter idem fiat ;
 Alii glande plumbea argento
 vivo illinita deglutitâ, multos li-
 beratos fuisse ab alvi stypticita-
 te, asserunt; hæc autem remedia
 sunt extrema, quæ desperatis, &
 consuetis medicamentis non
 juvantibus, exhibentur, exitus
 enim anceps est, ut ex observati-
 one deprehendit *Bonetus* in tœmi
 na

na, quæ alvi stypticitatem pati-
ens, globum plumbeum deglu-
tivit, sed frustra; Observavit au-
tem *Ionstonius Prax. lib. 6.* al-
vum interdum moveri sine ma-
gno medicaminū apparatusu, sed
sola sternutatione, ac tussi, vel
si æger nudis pedibus humi ob-
ambulat: sic *Platerus lib. primo*
obs. scribit, se in quibusdam alvi
excrementa, quæ ob duritiem
excerni haud poterant, tussi &
sternutatione concitata ejecisse;
& pariter *Hierem. Triverus com.*
in Aph. Hippocr. ait: rusticos se
nosse, qui nudis pedibus humi
obambulantes, pertinacem al-
vum solvunt; Hinc *Brasavolus*
nonnullis sorbilibus ovis sum-
ptis ventrem solvi refert; quod
procul dubio evenire scribit *Sen-
nerius Prax. lib. 3.* cum in cru-
di-

ditatem nidorosam ova, quod
 in quibusdam solet accidere, de-
 generant, quam Natura per al-
 vum ejicit; Tandemq; *Scribon.*
Largus quem commendat *Io.*
Fortis scribit: servum cujusdam
 Unguentarii, clystere parato ex
 ol. in quo decocta fuit ruta addi-
 to aphronitro ad sesquiuntiam,
 indito liberasse; quod remedi-
 um valet etiam flatus discutere,
 ac iliacam passionem tollere, ut
 asserit *Galen. de simpl. med. facul-*
tat.



VI.

Mercurii crudi Virtus.

Illustrissimus Malapiero Sena-
 tor Venetus, ab iliaca passione
 mul.

multis frustra tentatis, mercurio
 crudo convaluit, id jubente Do-
 nadono, idem à Mich. Angel.
 Rota non simplici vice expertum,
 & Londini à Scarbugio. Civis
 Venet. post longam alvi obstru-
 ctionem mercurio crudo exhibito
 globulum vermium excrevit, &
 convaluit.

SCHOLION LANZONI.

NArrat Borellus obs. cent. 2.
 civem lumberiensem sibi
 manus violentas inferre
 cupientem, libram dimidam
 argenti vivi deglutivisse, sed ta-
 men sine noxa, quod autem
 contra vulgarem sententiam
 est, valde enim nocuum credi-
 tur; At modo crudum sit pon-
 dere suo, subito transit ad anum,

B

&

& Catalauni illum pueris contra Vermes, quos mire fugat, propinant; ita ut non venenatus, sed medicinalis crudus mercurius est; unde mundificat, cruoris massam, & præcipue ab inquinamento venereo; in lue gallica enim specificum est, & primarium quidem monente *Hoffmanno com. in Schroder. Pharm.* adeo ut si ad ultimum hic morbus pervenerit gradum, salivatione opus habeat, quæ à Mercurii usu promovetur; hinc in Peste etiam felicem præstare effectum Mercurium crudum asserunt *D. Jo. Michaelis, Atan. Kircher. in Scrutin. Pest.* & alii In lumbricis fugandis tam in substantia sumptus, quam odoretenus, prodest; si scilicet in aqua bulliente sumatur; Difficilem


lem promovet partum, sic *Ma-*
thiolus Epist. med. affirmat, se vi-
diffe obstetrices laboriose par-
turientibus Unc. j. Mercurii fe-
lici eventu potandum dedisse;
In illiaca passione, & colica *Au-*
genius, Æginet. River. ac Ma-
rian. Sanctus Argent. vivum
laudant; Et de ejus usu in dysen-
teria optime differit *Plinius in*
Hist. Animal. Externè autem
Mercurius inunctus scabiem fa-
nat; sed caveatur; ne nimis adhi-
beatur, salivatio enim oris putre-
dinem inducit movente *F. Hoff-*
manno; Resolvit tumores, fugat
Pediculos instar incantamenti
ferè; in lue Venerea in forma
Ungvent. adhibetur, quod para-
tur ex Mercurio, & pingved.
Porcina; Huc cingulū sapientiae

B 2

Ræ.

Rulandi pertinet, quod est pan-
 nus lineus unguento ejusmodi
 illitus; & *Bartholin.* cum *Etmül-*
lero lumbis applicatum, illud
 certe sanare scabiem, ac pedicu-
 los fugare asserit; Prò Cosme-
 tico alias in variis lentiginibus,
 & faciei maculis certum est
 experimentum, penetrando
 enim subito vitiosas aciditates
 sub cute latentes absorbet. Mo-
 dus autem parandi hic est: R.
 Mercur. q. s. subig. cum succo
 limon. & cum pingved. quadam
 redigatur ad formam linimenti.
 Notandum tamen est, cosmetica
 mercurialia duo habere incom-
 moda: Primo enim rugas cuti
 contrahunt, & cito senescere
 faciunt; Secundo inimicissima
 sunt gingivis & dentibus &
 partibus circa palatum, stanti-
 bus;

tibus; hinc ulcera oris, & fæto-
 rem, immò vacillationem den-
 tium causant; sic Ebræam vi-
 di, quæ horum cosmeticorum
 usu ulcera multa in ore ac den-
 tium putredinem summam pa-
 tiebatur; Cœterum externè in
 casibus chirurgicis, ulceribus
 nimirum desperatis, ac immi-
 nente gangræna, mercurius sa-
 cra quasi Ancora est: Si verò ob
 magnam Argenti vivi adhibitio-
 nem oris partes malè se habeant
 aliquibus; his pro curà fit mo-
 neta aurea ore detenta, sic mo-
 neta albescet, & hoc reiteretur,
 donec omnis mercurius sit ex-
 tractus.



VII.

Topicorum frigidorum damna.

B 3

Topi-

Topicum potentiâ & actu frigidum erysipelati sub Alis à Bartitonsore Venetiis applicitum, gangrenam & mortem intrâ horam Ægro attulit.

SCHOLION LANZONI.

Quam noxia sit frigidorum in morbis curandis intempestiva, ac incongrua appositio non solum narrata monstrat historia, verum quotidiana ostendit experientia; elapsis enim mensibus muliercula quædam, applicatione aquæ frigidæ in Angina mortem certe Patienti acceleravit; sic etiam *Elvigijs observ. 48.* paralyfin à frigore excitatam vidit, quam feliciter curavit; *P. Borellius cent. 3. obs. 24.* quendam ob-

ob
gr
un
on
gr
mi
re
de
acc
gv
lat
go
tav
ma
uti
far
do
cu
lin
H
ra
m



observavit summo frigore gangræna affectum in digitis manuum & pedum, ita ut digitos fere omnes amiserit ; quin & Ægrum ipse Auctor habuit, qui nimio frigore in dolorem tremoremque pedum maximum inciderat, præcipue dum ad ignem accederet, quare cum id à sanguinis inflammatione, & ventilatione prohibita, clausis à frigore poris, ortum ducere cogitavisset, sanguinis missionem in maleolis præscripsit, tanta cum utilitate, ut paucissimis diebus sanatus fuerit ; Pariter ex frigido immisso clystere mortem secutam observavit, *Th. Bartholin. cent. 1. observ. 76.* Hinc *Fabr. Hildanus* de quadragenario narrat, qui æstatis tempore cum maximum frigidaë haustum.

bibisset scroti gangræna corre-
 ptus fuit ; Et *P. Albinus* ope
 repellentis aquæ frigidæ gan-
 grænam in inflammatis partibus
 excitatam aliquando fuisse scri-
 bit ; unde repellentia potius ob-
 stare, quam prodesse in inflam-
 mationibus postea concludit ;
 immò tantum abhorret à frigi-
 dis *Borellus* , ut usum glaciei à
 multis laudatum in Potu , Ille
 non parum vituperet experien-
 tia edoctus in quibusdam tormi-
 nibus , colicis doloribus & dy-
 senteris Fato functis , ob gla-
 tiem deglutitam delitiæ gratiâ.



VIII.

Dolor Arthriticus repulsus.

O *Bortis mulieri Venetæ circa
 genu gravissimis doloribus ar-
 thri-*

*triticeis topicum refrigerans repel-
lens, à Chirurgo inexperto admo-
dum fuit adhibitum, unde gravis-
sima supervenere & magna sym-
ptomata in consilium postea vo-
catus F. Donadonus illicò venam
in pede jussit secari, & post itera-
tas ejusdem frictions vesicas ad
genu imponi curavit, moxque ad
dictum locum revulsa materia,
solus in genu remansit dolor, cæte-
ris quibus antea urgebatur, sym-
ptomatibus omnino evanescenti-
bus.*

SCHOLIUM LANZONI.

Convenientissimam esse Ve-
næ sectionem in Arthritide
statuunt multi; morbum enim
abbreviat, docente *Riverio*,
sanguinis missio, si statim ab

B 5

initio

initio celebretur , quod com-
 mendat *Crato apud Scholz*, non
 solum vero sang. Mis. in Arthri-
 tide prodest, verum & multa ab
 Auctoribus laudantur remedia;
Eric. Mauritius enim lapidib.
 lazuli ad expellendam Podag-
 gram commendat , cujus re-
 medii ratio vid. in *Bonet. Med.*
Septentr. tom. 2. lib. 6. sect. 3. Et
müllerus ait Chamedrim, & Cha-
 mepytim Chiragram curare;
 Moscam Sinensem antipodagri-
 cam esse tradunt *Elsatius, Bar-*
tholin. Borrichius, & alii; Trifo-
 lium laudat *Sim. Scholzius*, novit
 enim iste vir Matronam , quæ
 folia ista in aqua decocta, & cali-
 dè parti affectæ applicata in Ar-
 tritide vaga admodum deprædi-
 cabat; Parat. Ungvent. Antiar-
 thriticum *Franc. Jos. Burrh9* ma-
 gnæ

gnæ efficaciam, de quo apud *Jo. Georg. Trunfium, & Bonet. cit. loco.* Cauterii ope multos sanatos esse ab Arthritide narrant *Georg. Franci, Glandorpius, Spiegelius, Heuschius,* quapropter dicebat merito *M. Aur. Severinus de efficac. medic.* ignem esse remedium omnibus doloribus; Urinam propriam potam nonnullis commodo fuisse meminit *Willis cap. de Arthrid.* Spiritum Salis Amoniaci *Maurit. Hoffmannus* laudat; *Sim. Scholzius* emplastrum sequens mire deprecatur R. ol. Comun. unc. vj. Smegmat venet. drac. v. minij. cerussæ, ana unc. ij. Camphoræ scrup. j. Alumin. scrup. v. m. coqv. lent. ign. ad emplastr. Aquam Arthriticam sequentem proponit *Frid. Hofman. in Thes.*

B 6

Pharm.

Pharmac. R. Thuris, Mastichis,
 Mirrhæ, Bdellii, Ammoniacy, o-
 popanac. Mumia, aluminis, Sal.
 Ammoniac. ana unc. j. tartari unc.
 j. s. bac. lauri, juniper. ana drac.
 v. Vitriol. Rom. lib. j. s. mellis,
 lib. j. Spir. Vini lib. viij. junipe-
 ri lib. ij. diger. triduo, & destil-
 per Arenam cum duob. cohobi-
 is, de stillato adde Castorei unc.
 v. Camphoræ scrup. iiij. Spir. Sa-
 lis drac. vj. m. quæ cum petiis ap-
 plicata dolores arthriticos com-
 pescit. Vinum chamedrios ma-
 ximè facere ad curam Arthriti-
 dis ait *Michael. Doringius in Ep-
 pist. ad Sennert.* Ad articulos ro-
 borandos, & reliquias humo-
 rum in iis discutiendas com-
 mendatur Vinaceorum usus, de
 quibus libellos conscripsere *Al-
 timarus & Bacius*; Compro-
 ban-

bante felici eventu *D. de Maier-*
ne Tract. de Arthrit. ait, hyoscy-
 mū cataplasmatibus formā, additā
 casia, camphora, canora, croco,
 spermate Ceti, & adipe humano
 admoveri parti affectæ posse,
 tanquam præstantissimum A-
 nodynum; Tandemque mihi
 narravit D. Gubernator Ripæ
 Tridenti, cū ibi Ao. 1687. mense
 Junii essem, experientia edo-
 ctum se fuisse, optimam esse ad
 fugandam Artritidem aquam.



IX.

Icteri Remedium.

V *Etula Ictericæ aliis nihil profi-*
cientibus, succo Cichorii con-
densato convaluit.

B 7

SCHO.

SCHOLIION LANZONI.

Icterum fuisse sanatum eden-
do omni mane pugillum u-
num Absynthii ait *Rein. Sole-*
nander cons. 15. sect. 5. Syrup. è
succo Marubii optimum esse ad
Icteri curam observat *Forestus*;
Urinam pueri aliquando icteru
sanasse bibitam, tradit *Platerus*:
& Radic. Urticæ laudat *Gesne-*
rus, in curatione morbi regii.
Hinc aliqui credunt Pediculos
num. xj. icteritiam tollere, cui
remedio fidens quidam icteri-
cus pediculos devoravit, mo-
nente *G. Anao in Act. Danic. An.*
74. sed infelici eventu: disparuit
enim morbo, sed successit pallor,
atrophia, & Mors: Aperto cada-
vere, obtulit se in Ventriculo
mon-

monstrosæ magnitudinis inusitata pediculorum in unum conglobatorum Colonia : Si quid autem contra icterum valent Pediculi, expediunt certè omne illud negotium sale suo Volatili, qui præstat ut & inimicæ amoliantur obstructiones, & nostris corporibus necessarii alacrius se moveant liqvores; Narrat *Jo.*

Hanem. quendam, se ab Ictero liberasse excipiendo urinam propriam panno lineo, & eum aëri exponendo decrefcente luna; donec linteum exficcaretur; *Caspar. Kolichen.* asserit Ictericos nonnullos liberatos esse, decocto Fragariæ pro potu ordinario adhibito: *Andreas Cneselius* sequenti emulsione mulierem ictericam liberasse, affirmat; R. aq. centaur. cichor. fra;

fragor sambuc. ana unc. vj. sem.
 melon. cucurbit. ana unc. j. pa-
 paver. albi. unc. j. s. nucleor.
 Perficor. drac. j. m. f. emuls. cui
 adde syr. Fragor. unc. j. Spirit.
 cinam. unc. s. m. denuo; *Quer-*
cetanus stercus Anserculi inul-
 tos liberasse ab icteria fatetur;
Herm. Nic. Grim. Sal. Urinæ
 icterum fugare ait in *Compend.*
Med. Chymic. Sennertus & Her-
toet. pul. lapid. fel. Bovis com-
 mendant; *R. P. Christinae* se-
 quendam ictericum curant eu-
 parorii canabini decocto refe-
 rente *D. Regemort. & Jo. Rago*
in Catalog. plantar. & tandem
Hæfer. in Herc. med. lapid. Be-
 zoar. pul. commendat in ictero
 etiam nigro, ut & facit *Crato &*
Burnettus in Thes. med.

X. Cal-

X.

Calculi per lotium, & vomitum rejecti.

PUella Venetiis 25. Ann. calculos formæ diversæ, & magnitudinis cum lotio excrevit, quibus similes etiam vomitū ejecit, Donadono referente.


SCHOLION LANZONI.

Calculos excretos cum lotio in præsentī historia fuisse calculos Vesicæ unicuique innotescit; ejectos autem per vomitum calculos, in ventriculi capacitāte genitos fuisse judico, docui enim in *Addition. ad Ol. Borr. diff. lapidib.* lapillos posse in variis corporis partibus oriri:

oriri: & hoc clare demonstrant Medicorum observationes, *Prevotius* enim calculum nuce avellana majorem tussi rejectum vidit; *Zacutus* calculo pertussim rejecto cessasse spirandi gravitatem observavit; hinc de calculosa tussi scripsit *Tralian*, *Æginet*, & *Gordon*. Plurimos etiam in pulmone lapillos habuisse narrant *Columb*, *Trincav*, *Solenander*, *C. Piso*, *Panarol*, *Hildan*, *Bartholin*, *Schenckius*, *Rhodius*, & alii plures; aliter hic *Ferrariæ* Anno 1682. cum D. Jo. Baptista Justino, Præceptore meo dilectiss. ego Virginem observavi, quæ per vomitum, multos lapillos coloris cærulei excrevit, & sic à stomachi continua passione liberata fuit; quin etiam officulos per tussim

à

à Physico excretos vidit *Johan. Schmidius.*



XI.

Pleuritis sine V. S. curata.

Josephus Aromatarius in Pleuritis nobili levem advertens sudorem, omissa sang. detractio- ne, quam non multum amat, & purgatione solum C. C. in aq. rutæ capr. exhibuit, ægra feliciter restituta, quod se pluries & prospere tentasse fidem fecit Mich. Angelo Rota, & mihi: Clarissimum Virum Romæ novi, qui spiritu quodam thoracem, & pectus in Pleuritide innunxit, & sine V. S. vel purgatione laborantes restituit maxime in morbi principio.

SCHO-

SCHOLIION LANZONI.

Similem historiam refert *Carol. Raigerus* de Puella quaedam pleuritica sine V. S. curata tantummodo medicamentis Anti-Plevriticis, & præcipue ol. lini, quod tantopere laudat *Gesnerus*; imò narrat *Clar. Hipp. à Monetis Medicus insignis noster Ferrariensis* sub sua cura se habuisse quendam Artificem, qui multo casu bibito ol. lini citò convaluit à Plevritide; Hinc *G. Wolf. Wedel.* sine V. S. solum Antimonio diaphoretico antiplevritico carminativo suo proprio pleuritides sanari posse fatetur; Et *Herm. Nic. Grim.* corticem *Paulo de Portada à lusitanis* dictum miræ efficacitæ esse

esse in hoc edomando morbo
 testatur ; Sangvinem Hirci se-
 cund. *Helmont.* pp. multi lau-
 dant inter quos *Cneselius* ; O-
 leum nostrum usuale ex cucur-
 bitis longis confectum præstan-
 tissimum esse remedium in
 Plevritide docet quotidiana ex-
 perientia ; Qvin Romæ usitatis-
 simum sequens Ungventum est
 R. Butyri vetustiss. Ung. alteæ ;
 pulv. tormentarii ana unc. iij.
 sem. cimini pulv. erucæ ana
 unc. s. Succi Urt. unc. ij. s. coq. in
 Ungv. Alteæ, & Butyr. ad sui
 consumpt. inde paulatim add.
 pulv. Ultimo loco tandem pulv.
 tormentar. & lent. igne f. Un-
 gvent. Modus autem utend. est,
 quod locus affectus cum pauxil-
 lo Aquæ vitæ tepid. leviter ma-
 nu fricetur, deinde Ungv. in
 quan-

quantitate nucis avellanæ, calid.
 applicetur manu bene confri-
 cando; ac inde foveatur duobus
 foliis brassicæ, quæ in patella
 frixaria cum butyro calefacta
 sint, & post singul. sex horas re-
 novetur Unguentum; quò me-
 dicamine multi sunt liberati;
 Pulverem stercoris columbini
 commendat *Panarolus Pent. 4.*
obs 14. Decoctum tabaci laudat
Epiphanius Ferdinandus histor.
32. Rasuram dentis apri *D. Bur-*
nettus; Fuliga camini ad drac. j.
 exhibitam *Riverius*, & tandem
Oswald. Crolius maxillam picis
 lucii, & consolidam regalem ma-
 ximè præstare ad pleuresin
 curandam asserit.

XII.

Ossa Embrionis ex abdomine
extracta.

NUrsinus quidam Venetus mi-
hi retulit puellam ab Amasio
compressam, ut pro Virgine habe-
retur medicamentis foetum in uero
occidisse; Post aliquod tempus
apparuit in abdomine tumor du-
rus & rubens, cui causticum impo-
suit idem, quod ubi vires exerue-
rat, costa fetus velsella extracta
est, quod postea factum est cum o-
mnibus reliquis embrii ossibus.
Convalluit, & viro nupta pluri-
morum puerorum mater evasit.

SCHOLION LANZONI.

Mortui foetus ossa per alvum
excreta vidit M. Donato &
Tul.

Tulpius, & *M. Cagnatus*; quibus
 & per umbilicum excreta ossa
 fœtus extincti observavit *R. P.*
Christin. Hinc per vomitum
 etiam Abortum rejectum fuisse
 narrat *Just. Ortolf. Maroldus*,
 nec non *Th. Bartholin.* vomitu
 laborioso infantis ossa ejecta
 esse in quadam muliere nescia,
 se utero gerere, docet, idemq;
 tradit *B. Montan. & Salmut.*
Erasm. Bartholinus felem per os
 parere vidit, de quibus curiosa
 nonnulla collegit *illustris Bone-*
tus med. septentr. tom. 2. lib. 5.
sect. 6. Per os infantis ossa proje-
cta fuisse ait Casp. à Reies Per
 hypocondria in foemina exorta
 ibi fistula, ea primum infantis
 Calvariam, dein ossa alia fuisse
 extracta, habetur ex *Alex. Benedi-*
dicto; Tandem ex illorum ab-
 se ssu

cessu Utero rupto corruptam
 infantis putrilaginem exuisse
 narrat *M. Cornar.* Vid. *Thom.*
Bartholin. lib. de insol. Vis hum.
part.



XIII.

Vulvæ clausæ apertio.

PUella Romana à primo ortu
 clausa, nisi quod exiguum esset
 foramen vix pisum capiens pro
 urinæ ac menstruorum egressu,
 assiduis Amasii precibus commota,
 ipsius libidini nimium dedit, rata
 nullum conceptionis periculum
 futurum, quippe cuius vulvæ la-
 bia à natiuitate conjuncta & u-
 nita penem non admittebant:
 Cæterum fricationis hujus debi-
 tas dedit pœnas, ex ipso præter
 C Spem

spem gravida facta; Quinto à conceptu mense tumentem puella ventrem advertens mater Joh. Trullium adit, & postquam omnia ipsi exposuisset, opem ejus implorat, ne in partu tandem gravius vitæ periculum subiret filia; eam itaque invisens Trullius cunctis examinatis, unita vulvæ labia sectione dirimit; ipsa autem debito tempore filium peperit; nec absimile, dum Venetiis essem, contingit; unita ab ortu vulvæ labia in tribus Puellis Romæ sectione curavi.

SCHOLION LANZONI.

TAles mulieres ab ortu clausas tales etiam manentes post prægnationem, demonstravi in meis Animadvers. pag.


pa
en
su
te
vir
mu
far
va
vic
Gr
siu
cu
per
seu
Hi
te
fol
&
per
per
Mu
ta r

pag. 149. concipere posse, cum enim ex ovo homo gignatur, sufficit, quod transmittatur ad testes Mulierum aura seminis viri foecundans, ut docet *Graaf*. mulierem autem similem clausam, & sectione sanatam observavit *Jo. Elvigijs*, & post eum videre *Meibomius*, *Rinninger*. *Grulingius*, *Mekeranus*, *Boonussius*, & ante hos, mulieres tales curavere *Hildanus ab Aquapend*. *Forestus*, *R. a Castro*, *Ronsius*, *Platerus*, & alii plures. Hinc *P. Borellus* unam vidisse, testatur mulierem matrimonii solutionem petentem, curatam, & *S. Schulzius* aliam taliter imperforatam sanatam pluries peperisse fatetur; nec non *Jo. de Muralio* de Virgine imperforata refert, quæ tumorem in vul-

to à
cella
Joh.
o.
ejus
ra-
ia;
un-
la-
tem
nec
on-
bia
one
au-
tes
de
erf.
ag.

va sustinuit capitis magnitudi-
 ne, cum retentione ac ardore u-
 rinæ; Aperto tumore lancetta,
 sanguis fæculentus exivit, hinc
 imperforatam vulvam novacu-
 la divisit *cit. Doctor*, & turun-
 dam plumbeam zonâ firmatam
 immisit, & sic sanata fuit; Præ-
 ter operationem manualementales
 fæminæ possunt sanari usu
 pessariorum, & aliis remediis,
 quæ brevitatis causa prætermi-
 to curiosos ad *cap. 3. sect. 1. part.*
1. lib. 4. Sennerti; Notandum
 tamen in ejusmodi operationi-
 bus magnam diligentiam adhi-
 bendam esse; ne vel partes ver-
 sus collum lædantur, vel quæ
 separari debet, intactæ mane-
 ant; neve foramen nimis angu-
 stum sit; quod postea in matri-
 monio constitutis nocere pote-
 rit,

rit, & tandem ne partes divisæ
iterum coalescant.



XIV.

Aneurisma sponte ruptum.

Leonardus Pezoli auriga aneu-
rismate poplitis menses aliquot
laboravit, quod sua sponte ru-
ptum fuit, subsequente magna
hemorrhgia, quæ tandem sine ulla
medicamento inhibita est, vulne-
re postmodum solo cerat, diapalm.
usu evalescente. Id incommodi
jam patitur, quod pes ille exte-
nuatus, & retractus, altero bre-
vior sit, nec ad libitum amplius
extenditur; in ingvine adhuc
præsentitur obtusa arteriæ mi-
catio, quæ in femore nulla
est, quamvis cutanea Vena per

C 3

in-

internam femoris partem manifeste conspiciatur; Illustria aliquot Aneurismatum exempla nobis supeditabit Trullius in observationibus brevi edendis.

SCHOLION LANZONI.

Aneurismata rupta sanari ab Arte posse tradunt *Dionys. Pomatet, River. Bartolin. de Muralto, Bogdanus, Horstius, Ronusius*, aliique, ergo & à Natura sanari poterunt, hæc enim illam in suis operibus superat longè; De Aneurismate in Pectore orto à vomitorio ex Antimonio meminit, *Joh. Rhodius cent. 2. observ. 36.* & de quodam ludi magistro fertur à *G. F. Hildano*, qui ob scabiem sanandam basilicam dextram à Barbiton-

so-

fore incidi curavit, qui venam non tantum, sed Arteriam lancetta feriit; ut mos est ignarorum Barbitonlorum, qui sæpe vice salutis mortem Ægris important negligentia; Hinc paulatim aneurisma exortum est, quod postea feliciter curavit. Doct̃or; curationem verò curiose Lector lege apud *Th. Burnet. Thes. med. Pract. lib. 1. sect. 22.* Compressione tantum. Aneurisma sanatum fuisse notat *N. Tulpus*, & purgatione *F. Hildanus & Bonet. Merc. comp. lib. 1. pag. 13.* Laudat *Sennertus* seq. medicam ad sanand. Aneurism. R. Thuris part. ij. Aloes part. j. s. m. cum album. ovi conqvafat. & pilis lepor. excep. Vulneri Arteriæ imponatur; Denique *R. Jo. Fortis consult. tom. 2. ait.*

Ceratum de Pelle arietina, ol. fa-
tur. & balsamum esse ad Anev-
rismatis curam.



XV.

Callus Penis & ulcera.

Nobilis Gallus post congressum
cum Meretrice Romana corri-
pitur gonorrhœa, cui bubones su-
pervenere & ulcera penis, tan-
dem secundum colis longitudinem
nescio quid dari filum emulantis
ab utraque parte dextra sc. & si-
nistra advertit, quod à bubonibus
eo protensum videbatur: duri-
ties hæc sensim increscens latior
evasit at magis in parte sinistra,
ad quam etiam in tentigine con-
torquebatur virga non sine dolo-
ris sensu; Postquam varia im-
pri-

primis hydrogoga, & melanago-
ga usurpasset, usu decocti ligni
guajac. cum sarsaparil. optimè
convaleuit: Aliam vidi penis cal-
lum, & nodum Venetiis decocti
usu etiam resolutam, & cura-
tum.

SCHOLIION LANZONI.

PER hæc quis peccat, per
hæc & punitur, ait Prover-
bium, quod manifestum sit
à præfenti historia *D. à Mœni-
chen*; Hinc ope congressus Ve-
neriei cum meretricibus lue in-
fectis gallica homines ulcera-
tos, sphacelatos, inflammatos,
ac seetos proprios viderunt non
sine dolore penis; Sic Sordi-
dos plures scortatores in mem-
bri jacturam incidisse observa-

vit *G. Fab. Hildanus*. Et narrat
D. Manche referente *N. de Ble-*
gni Zodiac. Med. Gal. An. 1 pue-
rum octennem mediante coitu
foetidam gonorrhæam, callos,
& ulcera, in pene contraxisse, à
quibus difficiliter liberatus fuit;
& ego hic Ferrariæ sæpe vidi
Virgas ulceratas, inflammatas,
ac gangrænatas ob com̃ercium
cum Meretricibus, quos affe-
ctus curatu difficillimos esse,
ait *Sennertus Pract. lib. 6. par. 4.*
Denique *Petr. de March.* varias
fistulas prope uretram cum ef-
fluxu urinæ non solum ex scroti
pluribus locis, sed etiam ex in-
gvinibus vidit in Cæsare *Quaio-*
to Rhodigino, quem præter
spem, ut ipse ait Doctor, sanita-
ti restituit: erat enim in casu de-
sperato.

XVI.

XVI.

Aurium vermes.

Aurium vermes vidi Romæ magnitudine eorum, qui in nubicibus reperiuntur, horum aliqui injecta prius aliqua quantitate Spir. vini ad exteriora auris prorepentes: vossella extracti sunt; alii asperso Mercurio sublimato dulci interfecti.

SCHOLIION LANZONI.

Non in intestinis tantum, sed in omnibus corporis humani cavitatibus vermes generari posse observant Doctores; C. Raiger, enim narrat de Fœmina in suburbio Posonii habitante, per longum tempus

capitis auriumque dolore vexata, è quà ex una aure vermes multi extracti fuere à Chirurgo; quos vermes ortos fuisse in Auris ulcere, vult Auctor citatus, quemadmodum sæpè nascuntur vermes in aliis ulceribus, dummodo non expurgentur; Hinc grillum in aure Rustici observavit *Andr. Cneselius*; qui extractus fuit ope ol. grillor. admod. ol. Scorp. facti. Vermem postea in Vena emulgente vidit *Prevotius*; in trunco venæ cavæ descendentis *Andr. Spiegelius*; in vena basilica brachii *Renodeus & Rhodius*; in habitu corporis *Zacutus*; & *Alb. Mandesto*. in dorso *Vit. Riedlin*. in umbilico *Borel. & N. de Blegni*; in naribus *R. P. Christin*. in Ce-
re-

rebro tandem *Vormius Bartho-
lin. Schenckius, Verzasca & Be-
nivenius.*



XVII.

Syringæ abusus.

IN retentione urinae syringa mi-
nus dextre, & ab imperitis in
vesicam immissa, gravissima in-
duxit symptomata, convulsionem,
inflammationem & alia, suppu-
rationem ab ejus errore in perinaeo
obortam aliquoties vidi, quæ in
gangrænam tandem degeneravit
nulla arte emendabilem; Ad ex-
tirpandas carunculus in ure-
tram multi cereolas audacius
immittunt corrodentibus medica-
mentis delibutas, quorum nimia
mordicatione non solum deperdi-
tio-

tionem substantiæ in urethra vi-
di, verum etiam gangrenam, quæ
non ipsum modo perinæum, sed
& internam utriusq; femoris par-
tem infecit, ac fædo sphacelo in
Ægri perniciem consumpsit.

SCHOLIION LANZONI.

IN immisione syringæ maxi-
me animadvertendum esse,
ait *Scultetus tab. 40.* ne in immis-
sione fistulæ argenteæ valvula
carnosa, quæ vasorum semina-
lium commune orificium in
meatum urinarium desinens
claudit, violetur: quæ valvulæ
læsiō dignoscitur ex intrusionis
difficultate, dolore, ac sangvi-
ne emanante; his enim signis
apparentibus retrahenda est
paululum fistula, ruriusque
le-

leniter intrudenda, donec val-
 vula intacta vesicam ingredia-
 tur, per eamque urina reddatur;
 & ne succedant mala, in historia
 à nostro *D. à Monichen* narrata;
 Hinc *Sylvius de Leboe* pro cathe-
 tee feliciter candelam ceream
 substituit: quæ candela in ca-
 runculis extirpandis componi-
 tur à *Sennerto* sic R. Virid. æris,
 Auripigment. vitrioli, alum.
 roc. ana unc. ij omnia hæc ace-
 to acerrimo persalsa inter duos
 porphirides lapid. acuratisime
 ducantur, ac in liq vorem tenu-
 isimum redigantur soliqve æ-
 stivo exponantur, hæc rursus
 exsiccata aceto effuso ducenda
 sunt, & leviganda soliqve ex-
 ponenda quousque pulvis subti-
 liss. evadat; Postea R. ol. rosat.
 unc. jv. lithargyrii unc. ij. coqv.
 do-

donec emplastri consistentiam
 acquirant, tunc ab igne depon.
 & add. præsent. pulv. unc. ij. &
 spatula misce quousque medica-
 men duriusculum evadat ita ut
 candelæ cereæ hæreat, nec di-
 fluat &c. quas candelas ad ejici-
 endas pudendi carunculas mire
 laudat *Petr. Borellus cent. 1. ob-
 servation. 79.* Tandem *Jo. van.
 Horn Microtech. Chirurg. pag.
 238.* candelas ad tollendas carun-
 culas parat ex amalgamate Mer-
 curii cum unguento diapom-
 pholygos, quod medicamen ca-
 runculæ ita applicatur, ne alias
 partes lædat. Plura apud *Ri-
 ver. Centur. 2. observ. 14.* de cura-
 tione Caruncularum virgæ vi-
 deri possunt.

XVIII.

Hydroceles curatio tuta.

Hydroceles facilis est curatio per simplicem puncturam, a se semper revertitur, nisi sicciori diæta reduntantis aquæ copia absumatur, ut in nonnullis observavi. Solertiores Chirurghi, quo omnem recidivæ metum tollant facta punctura cereolum ad digiti longitudinem pro curanda immittunt, eoque peritonæi processum, leviter vellicantes aliquam inflammationem in superiore ipsius parte inducunt; post cujus suppurationem magis unitur, ac contrahitur processus, nec tam facilis ut antea recipit humorem in eam prolapsum; sunt qui pro
ce-

II.



cereolo plumbeam immittunt can-
nulam, at ejus infelicia vidi ex-
perimenta, quippe acrius pun-
gendo, majores produxit inflam-
mationes, unde (ut nil de sympto-
matica dicam febre, quæ inter-
dum præter utriusque expecta-
tionem ægrum é medio tollit) ma-
jor ad eam partem factus est hu-
moris confluxus, ita ut totus testi-
culus cum imbibere coactus sarco-
cele tandem laborare inceperit.

SCHOLION LANZONI.

Hydrocelen, seu testium
hydropem in parte decli-
viori scroti lancetta aper-
tam sanasse chirurgum quæ-
dam notat *P. Borelus obs. cent. 1.*
& *Jo. Van-Horn. Scultetus, &*
Hildanus sectionem commen-
dant

dant in hydrocelles curatione; svadendo tamen, ut incisio in scroto pro aqvofo humore deponendo fiat in decliviori parte; Hoc cauterio appposito quendam sexagenarium sanatum ab Hydrocele vidit *Veslingius* monente *Rhodio cent. 3. observ. 28.* non solum autem sectione, & cauterio sanantur Hydroceles, sed & Emplastr. tali
 R. Stercor. Capræ unc. j. s. cochlear. cum test. contus. unc. ij. cimin. pulv. sulphur. ana drac. ij. m. f. Cataplasma parti affectæ applicandum, & sæpè renovandum, quod bonum habuisse effectum expertus fui in quodam hydrocele laboranti; *Riverius* puerum hernia aqvofo laborantem sanasse scribit seqv. cataplasmate, R. Farin. lib. 5. decoqv.

coqv. cum vino generoso ad
 pultis consistentiam, deinde ad-
 de oximel. Simpl. drac. iij. f. em-
 plastr. admovend. mane, & serò;
Jo. Lotichius infantem simili af-
 fectum morbo sanavit præsentis
 medicamine R. Emplastr. de
 baccis lauri, Sterc. capr. ana unc.
 j. s. cochlear. contus. cum testis
 unc. s. sem. cimin. sulfuris ana
 drac. ij. ol. rut. chamomel ana
 q. s. m. f. emplastr. S. A. *Qvin*
Martin. Rulandus curat. 82. cen-
tur. 8. oleo sulfuris quam citissi-
mè hydrocelem fugasse calid.
inungend. scribit; Tandem *Rio-*
lanus met. med. optimam esse
scribit in hydrocele fovere scro-
tum decocto Aneti, rutæ, me-
lilot. & adhibere emplastrum
confectum ex fimo bubulo, ca-
prillo, & columbino.

XIX.

XIX.

Verrucæ penfiles.

CAnonicum Brixienfem Venetiis novi in cuius corpore plurimæ erant verrucæ, quarum aliæ penfiles, aliæ planæ; & latæ atro rubentes; harum nonnulæ spontè excoriabantur; indolentes erant, niſi durius tractarentur, tamen enim leviter dolentes atrum fundebant ſanguinem ac tandem pus. Solo vino eas abluere ſolitus erat in indice ſiniſtræ manus unam habebat penfilem nucis avelanæ magnitudine, fungi inſtar ex anguſta baſi enatam, hæc liberius contrectata vicinæ partes obſcuro rubore tingebantur, qui gangrænæ metum ipſi non ſemel incuſſerat; noluit autem aliud ipſi ad-

mo.

*movere, quam subtilem petiam
vino tinctam; Astmaticis in cur-
ru dum vehementius concutere-
tur, Ruri obijt.*

SCHOLION LANZONI.

Pensilis Verruca *Acrocordon*
dicitur, quod de cauda velut
de corda pendeat; & gene-
ratur à Sangvine, vel potius ab
ejusdem sero crassiore depen-
det, si *Luca Schreckio*, fides ha-
benda est, dum is per exigua
vascula cutis delatus concrefcit,
nec in venulas transumptus ad
universale principium reduci-
tur, sicque in spat is intermediis
subsistens, & novo subinde ac-
cedente ad cumulatus in ejus-
modi corpus verrucosum præ-
ter naturale vertitur; cujus
ex-

extirpatio bona est, quæ fit per
 vinculum, sic enim sensim sen-
 simque meatus præter ordinem
 naturæ generatus alimenti ad-
 ductor in gracili radice angusta-
 tur, atq; constringitur, & con-
 sequenter ulterior nutrimenti
 affluxus inhibetur, partesque
 istæ vitali cruore, succoque nu-
 tritio privatæ quasi emoriun-
 tur; Vacua hinc contra tubercu-
 la commendari solent remedia,
 & circulatorum etiam indu-
 striam multum exercent. Ver-
 ruæ, quæ quidem contemni
 semper nequeunt, sæpe ta-
 men fallere comperiuntur, &
 plus in ostentatione quam effe-
 ctu possident; Plurimis etiam
 eorum illud *Galen.* lib. 10. de
 simpl. med. facult. accommoda-
 ri potest, qui an murium
 do-

domesticorum sanguis verrucas decidere faciat, ne quidem experiri voluit. Ut autem subito verrucæ decitant, lotium parat *D. Videl. Med. Delph.* ex aqua com. in qua sal. Amoniac. solut. fuerit; quod remedium expertus fuit bono eventu in Famulo Hollandiæ innumeris verrucis abundante *P. Borellus.* Et telas Aranorum ad hoc effectum laudat *Moufetus*; Denique verrucas sponte evanescere *Celsus* testatur scribens: *Nonnunquam subito decidunt.* Idque è *Brasauola Joh. Schenckius lib. 5. obs. med. comprobatur.*

XX.

Calculus emulgentium.

Carolus Lana, Medicus Brixien-
 ensis, reperit in puero 10. An-
 norum calculum in emulgentio-
 bus venis ad pugni magnitudi-
 nem.

SCHOLION LANZONI.

In omnibus ferè humani cor-
 poris partibus calculos inven-
 tos fuisse historiæ medicorum
 passim demonstrant ; collegit
 multas Vir summæ eruditionis
Ph. Jac. Sachß. in diss. hist. resp. ad
D. Major. de Cancris & serpent.
petrefact. Hinc Thom. Ficinus lib.
 D Chirurg.

X.

Chirurg. Vit. Riedlin. in fronte
 calculum enatum viderunt; in
 cysta fellea plurimos calculos
 invenerunt, *G. Scharpius, F.*
Quecius, Elvigius, Wolcmerus,
Cnefelius, Hildanus, Raigerus,
Schefferus, Mæbius, & alii; in
 inteitinis lapides observarunt
Job. Rhodius, Pareus, Frizimeli-
ca, Capivac. Holorius, R. Fon-
seca, Zacutus, Saxonia, Massa-
rias, Minadus, Trincaveibus,
Sennertus, B. Silvaticus, M. Do-
natus, P. à Castro, & alii. In cor-
 de cadaveris unius militis nos
 Anno 1682. invenimus calcu-
 lum ad gran. piper. magnitudi-
 nem; in ingvine tres calculos
 pisa superantes, & in pube
Jo. G. Wolcmer. in ureteribus sa-
 bulosam obstructionem obser-
 varunt *Sylvius de Leboe & Hel-*
 vi-

vigiis ; in ureteris medio calculum ovi columbini molem penè æquantem invenisse fateatur. *Dom. Panarollus pentecos. 4. observ. 31. & Clar. Segerus*, uretram lapillis & aqua obsessam ultra pollicem ampliata invenit, ceu refertur *in Ann. 2. Misc. curior. Germ. obs. 23.* In meatu urinario calcul. pluries adinvenisse jurat *Kerckringius*; in uteri Vagina in ventos fuisse calculos narrat *Regn. Graafius de mul. organ. gener. inseru.* In Utero posse oriri calculos ostendit *Th. Battholinus Cent. 4. Histor. Anatom. 64.* In mesenterio calculum natum vidisse affirmat *Hollerius*; in pulmone, hepate, liene, ac ventriculo lapillos inventos fuisse meminit *R. P. Christin. Pract.*

D2

cap.

cap. de calcul. Tandemque in
naribus, superciliis, auribus, ac
musculis, calculos vidisse in ca-
davere illustris viri, testatur,
*Henric. Rufus in observat. com-
munic.*



XXI.

Acus deglutita ex crure
prorumpens.

FO *Emina Venetiis acum deglu-
tiens quadriennio nil passa est,
tandem pungens in cruris inter-
na parte dolor cum levi tumore
obortus; Pater Anton. Moli-
netti accitus primo die diachylon
simplex admovit, tertio die api-
cem cutem perforantem volsella
extraxit.*

SCHO

SCHOLIION LANZONI.

DEglutitas fuisse casu aciculas, & per urinam sine noxa excretas observarunt

Al. Benedictus, Langius & Claudinus, & de simili casu jam meminimus in meis Animadversionibus nuper impressis hic Ferrariae; ex ventriculo perforato aciculam exire jam deglutitam, mentionem facit *Beninvenius*.

Per cervicis latus circa aurem dextram *Casp. à Reis*; ex crure erumpentem aciculam vidit *Rod. à Castro*, quemadmodum notavit *Clar. noster H. à Moinschen*, in allata *Historia*; cui improvidè factæ deglutationi laxantibus & lubricantibus statim occurrendum esse docet

D 3

Hier.

Hier. Reusnerus observ. med. 56.
Hinc notat *Th. Kerckringius* An-
cillam acum deglutivisse, quæ
apposito magnetis frustulo fuit
extracta. Plumbum panno af-
fixum pro signaculo infantem
deglutivisse refert *G. Wolf. We-*
delius, qui feliciter curatus fuit
â *D. Balthas. Glosio* Acet. destil-
lat. propinatum fuit, quod
compagem Saturni solvendo il-
lum in saccharum commutare
valet; Nummos deglutitos feli-
citer evacuatos fuisse ferunt
Helvigijs, Galenus, Forestus,
Borelus, Amat. Lusitan. Jo-
han. Mich. Fehr. Plater. & alii
plures; Spicam siligineam de-
glutitam, & per costarum in-
terstitium exclusam fuisse narrat
Th. Bartholin. cent. 2 observat.
Anat. rar. 27. Deglutitum nu-
cleum

cleum feliciter rejectum vidisse
 scribit *D. Sala* referente *Sam.*
Ledelio. Tandem de quibusdam
 cultrivoris varia collegit curio-
 sa valde *insign.* *Bonetus med.*
septentr. Tom. 1. lib. 3. quem potest
 legere amicus Lector.



XXII.

Calculus Vesicæ circa acum
 osseam collectus, ac con-
 cretus.

PEtulcæ cuidam Puella Venetæ
 prominulo capite osseæ acus,
 (qua ad discernendos, ac firman-
 dos capillos Italæ utuntur, col-
 lum uteri per lasciviam tractan-
 ti, ac fricanti, tota acus præter

D 4 opi-

opinionem in vesicam urinariam
 illapsa est: at quia dicta puella
 digitis iterum apprehendi, vel
 extrahi non potuit, ibi relicta, post
 aliquot menses lotii difficultatem
 peperit subinde cruenti: Urgenti-
 bus symptomatibus Cl. Anton.
 Molinetum, Præceptorem me-
 um meritiss. consulens ægra, sive
 immemor, sive verecunda cau-
 sam mali dissimulavit, quam ta-
 men ipse facile detexit, cum dili-
 gentius exploratis his partibus,
 durum quid ac osseum, sed mobile
 extra vesicæ cervicem eminens
 offenderet, quod tamen ob magni-
 tudinem statim extrahere non
 potuit; optime igitur expiato
 corpore pudendisque emollitis col-
 lum vesicæ dilatavit, & calculum
 acum

acum concretum eduxit ; quem
miki sæpius monstravit.

SCHOLION LANZONI.

Ligna , ossa , ac animalia
etiam integra ab aquis in
Saxeam duritiem commuta-
ta fuisse demonstravit *Ol. Bori-*
chius : hinc legitur apud *Aven-*
tinum in Historia Bavariæ qua-
draginta Pastores lapidefactos
fuisse in aquis quibusdam è ca-
vernis erumpentibus ; de qui-
bus *P. Borelus* ; mirum ideò
non est, si in Puella à *Cl. à Moini-*
chen data historia , acus ossea
in vesicæ cavitate saxea sub-
stantiâ circumfusa fuerit ; mi-
rum profecto autem est , quod
longo tempore acum osseam
in vesica latuisse sine ulla vesi-

cæ ipsius læsione nec ullo quidem Puellæ incommodo; acus enim osseas, quibus nostræ utuntur mulieres ad discernendos capillos valde longas semper detexi, unde vesicam pun gere saltem, si non perforare debebat; verum multa sunt, quæ à natura fiunt, & cognitioni nostræ haud intelligibilia videntur: quemadmodum docebam in Schol. ad tertiam observationem: Chirurgos autem passim legi, calculos ingentes vesicæ, ac aliena etiam in vesicæ capacitate existentia, sectione facta, feliciter extraxisse; in *Actis Philosoph. Angliæ Anni 1666. Mens. Junii*, enim habetur de Chirurgo, qui ex vesica Adolescentuli unius sectione exemit nonaginta calcu-

10



los exiguos, singulos dissimi-
les figurâ, magnitudine, an-
gulis, & lateribus, eorumque
aliquos ita fuisse detritos, ut su-
per aliis quasi fluerent, nacti
lævitatem incredibilem, fertur;
& *Sennertus* extractum fuisse
calculum à vesica mediante se-
ctione fatetur eximiæ magnitu-
dinis, à qua sectione maximè
abhorret *Fabric. Hildanus de li-
thotom. vesic. c. 22.* quantumvis
verò calculi vesicæ per incisio-
nem exemptio periculosa sit;
ut notat *Bruno in Lexic. castel.*
pag. 792. attamen, & præter
periculi metum, & tuto posse
fieri docent *Fabr. ab Aqua pen.*
Pareus, Rousetus, & alii plu-
res. Tandem notandum, se-
ctionem nunquam instituen-
dam Luna existente in Scor-
pio.

pione juxta Præceptum *Ptolomæi*, si *D. Panarolo* Fides habeatur; qvi Auctor hoc probat exemplo cujusdam Religiosi, qvi hoc tempore sectus obiit, nec pariter in Canicula secandam esse Vesicam docent alii, verum, quando possibilis alia cura non esset, hæc operatio meo judicio, & instituenda est Lunâ in Scorpione existente, atqve Canicula; ego enim de illis sum medicis, qvi urgente necessitate *Hippocr.* consilio utor, eadem die, & eadem hora &c.

XXII.

Nasi restitutio.

ANtonius Molinetus *in publi-*
la lectione Patavii testatus
est Patrem suum egregium Chi-
rurgum Venetiis nasum, cuidam
in scelerum pœnam publicè ampu-
ratum, calente pane per medium
fisso excepisse; de eodem Patre
suo publicè etiam retulit, quod
Polono cuidam nasum restitue-
rit secundum methodum Talia-
cotii.

SCHOLION LANZONI.

REfert *Hollerius instit. chi-*
rurg. lib. 3. cap. 5. Rusti-
cum quendam hominem
sanasse, cui nasus decifus erat,

D 7

ap-

applicatione herbæ tufæ, & vino nigro tritæ millefol. dictæ, hinc omnia ruditer etiam colligavit, unde celeriter restitit profluens sanguis, & vulnus pulcra cicatrice brevi temporis intervallo coit; & *Fabr. Hildanus centur 3. observat. 31.* scribit, Anno 1590. cum Dux Sabaudia Genevenfibus Bellum inferret, incidisse in manus militum puellam castam, quam cum stuprare frustra tentassent, nasum ira perciti abscinderunt: Post annos duos venit Lausannam ad Dominum *Johannem Griffonium, Chirurgum felicissimum,* qui nasum restituendum suscepit, & omnium cum admiratione restituit, cujus operationis & curationis primus inventor fuit *Caspar Taliacotius* in Bononi-

nienſi Gymnaſio Profeſſor; Em-
 plaſtro autem ſequenti utitur fe-
 lici ſucceſſu in ſanandis at-
 que aglutinandis naſis diſciſſis
Ambr. Pareus nempe R. Thu-
 ris, Maſtic. bol. Armen. ſang.
 dracon. ana unc. v. album. ov.
 q. s. pro incorporatione, inde
 add. alum. roc. refinæ pini ana
 drac. ij. De narium abſceſſarum
 & fractarum curâ legatur. *Hip-
 pocrates 2. de Articul. à text. 36.
 ad text. 46. & Sennertus Pract.
 lib. 5. cap. 12. nec non Caſp. Ta-
 liacotius de curtorum Chi-
 rurgia per inſitio-
 nem.*

XXIV.

Nova Herniæ curatio.

NUperum Hispanorum inven-
 tum est intestinales hernias
 curare sine ulla testium amputa-
 tione, qui, dilatati processus se-
 cundum longitudinem simplici
 sectione facta, affecti lateris testi-
 culum in capacitatem abdominis
 intrudunt; indeque injecta pun-
 ctura Aurea vulnus consolidant;
 Cæterum quia post hanc curam
 steriles omnino redduntur, si in
 utroque fiat latere consilium Ro-
 mæ expetitur est circa matri-
 monium? an licite contrahi pos-
 set ab iisdem utpote generandæ
 proli ineptis, cujus difficultatis
 solu-

solutionem in observ. suis spondet,
 Clar. Johan. Trullius.

SCHOLION LANZONI.

TAlem curandi Hernias
 modum peritiores chirurgi
 minimè laudant, tùm quia
 testiculus, si eo majus fuerit
 foramen, facilè excluditur,
 & æger antiquum obtineat, vel
 quia testiculus, si major fue-
 rit foramine, coarctatus dolo-
 re afficitur, unde inflammatio,
 vel sterilitas, vel mors succe-
 dit monente *Sculteto Armani.*
chirurg. Hinc herniam cura-
 tam feliciter fuisse sequenti em-
 plastro narrat *Nic. de Blegni in*
Zodiac. med. galic. Ann. 1. R.
 oli-

olibani, vel rhuris masculi,
gummi Ammoniacy opopono-
nac. ana unc. ij. dissolu in q. s.
Aceti stillatitii; inde R. piperis
albi, semin. sinap. fol. buxi ana
unc. j. ebulliant omnia in aquæ
fabror. cotylis tribus usque
ad duarum tertiarum con-
sumptionem, col. decoctum,
& fervens adhuc affund. gum.
dissolut. cuncta hæc simul com-
mixta lento igni appon. & si-
nantur diger. per duas horas,
demum igne per gradus adau-
cto ut fere ebull. add. unc. ij.
ol. lumbric. & ebuli permit-
tendo quousque omnis humi-
ditas exhausta sit: addita post-
ea

ea semilibra picis nigræ puris-
 simæ ad ignem linq. ut omnia
 incorporentur , & in empla-
 stri consistentiam abeant ;
 quod alutæ inducendum prò
 usu. *Pareus* Chirurgum quen-
 dam herniam sanâsse notat
 exhibito magnetis pulvere in
 cibis sumendo ; Enterocellem
 assumpta limatura ferri atqve
 emplastro magnetico apposi-
 to in se ipso sanatam narrat
Thom. Campanella, quam tamen
 curandi rationem frustraneam
 esse ostendit, *Athanas. Kircher lib.*
3. de Magnete, quamvis hoc re-
 medium , non per magnetismi
 rationem , sed propter vim sic-
 cano

candi admittat *Auctor Enchi-*
rid. med. pract. quâ ratione au-
 tem id probari debeat, vid. *Hie-*
ron. Velschius notis ad observ. 65.
Reusneri. Emplastrum seq.
 contra Herniam laudat *Frid.*
Hoffmannus in Thesau. Pharmc-
ceut R. Sulfuris , Therebint,
ana unc. j. ol. coct. mastichin.
unc. s. croci martis adstring.
drac. ij. Terræ sigillatæ drac. vj.
Terræ vitriol. dulc. unc. s. co-
ral. rub. pp. magnet. pp. ana
drac. ij. extracti consolidæ ma-
jor. Aristoloch. rot. ana unc. j.
m. f. massa emplastr. & ex-
tendatur supra alutam ;
 Tiliam


Tiliam fissam sanasse Adole-
 scentem ab Hernia scribit *Ol.*
Borich. ex usù consolidæ, &
 perfoliatæ curatas hernias vi-
 dit *Christ. Ræslerus*; sequenti
 pulvere propinato multas cu-
 ravit hernias intestinales *Jo.*
Fernelius R. Cortic. mirab.
 ind. chebul. ana drac. j. s. na-
 sturc. portulac. plantag. su-
 mach. ana drac. s. coral. rub.
 lapid. hæmatid. carab. ana
 scrup. j. sacchar. unc. jv. m. f.
 Pul. Oleum destilatum è ligno
 fraxini hernias tollere docet,
Crollius lib de signaturis. Balsamũ
 nobil. ad hernias dat *Beguinus*
in Tyrocin. chimico quod fit
 hoc

hoc modo R. Flor. sulfur. unc.
 iij. myrrhæ, mumia, ana unc. j.
 axungia Serpent. ad duor. di-
 gitor. supereminentiam, ben-
 zoini drac. ij. Vas optime clau-
 datur omniaque bulliant ad i-
 gnem cinerum : sic intra duas,
 aut tres dies omnia facescunt
 in balsamum rubicundum
 fætidum, & cavendum est dili-
 genter, ait Auctor, ne Balsamũ
 inter coqvendum aduratur ;
 Tandem crimen esset filere ca-
 sum de hernia transplantata, si
 non ad aliud, saltem ad erudi-
 tionem à *Georg. Franco* narra-
 tum de quodam viro Hernio-
 so qui ovum galinæ adhuc ca-
 lidu n

lidum é nido sumptum ru-
ptum esorbivit, & testam eva-
cuatam urina sua implevit, &
in camino suspendit, & dùm u-
rina exsiccabatur pariter her-
nia detumebat, urina finita, e-
vanuit hernia, quod etiam
multoties observasse secum
fatetur, *D. Samuelem Geidelin.*
Medic. Argentorat. felicissi-
imum, & Amicum suum
intimum.



ELEN.





ELENCHUS
OBSERVATIONUM
D. à MOINICHEN.

1. Dolor dentium periodi-
cus pag. 1.
2. Plevritis in abscessum cruris
desinens 9
3. Abscessus cruris per urinam
expurgatus 14
4. Uteri prolapsus amputa-
tus 17
5. Stypticitatis Alvi remedi-
um 20
6. Mercurii crudii virtus 24
7. Topicorum frigidorum da-
mna 29
8. Dolor arthriticus repulsus 32
- E 9. Icteri

9. Icteri remedium	37
10. Calculi per lotium & vomitum rejectio	41
11. Plevritis sine V. S. curata	43
12. Offa embrionis ex abdomine extracta	47
13. Vulvæ clausæ apertio	49
14. Aneurisma sponte ruptum	53
15. Callus penis & ulcera	56
16. Aurium vermes	59
17. Syringæ abusus	61
18. Hydroceles curatio tuta	65
19. Verrucæ penfiles	69
20. Calculus emulgentium	73
21. Acus deglutita ex crure prorumpens	76
22. Calculus Vesicæ circa acum osseam collectus ac concretus	79
23. Nasi restitutio	85
24. Noya Herniæ curatio.	88

IN.



INDEX

Rerum Notabilium.

A.

<i>Abscessus per urinam expurgatus</i>	pag. 14
<i>Aqua florum Sambuci Antiarthritica</i>	35
<i>Aneurisma sponteruptum</i>	53
<i>Aurium Vermes</i>	59
<i>Acus deglutita</i>	64

B.

<i>Borellus allegatus</i>	15
<i>Bartholinus allegatus</i>	18

C.

<i>Clyster in alvi stypticitate</i>	22
<i>Cingulum Sapientiae Rulandi</i>	27
<i>Cosme-</i>	

INDEX

<i>Cosmetica ex Mercurio</i>	28
<i>Nocent ori.</i>	29
<i>Chamephtis chiragram curat.</i>	34
<i>Couterium in Arthritide</i>	35
<i>Calculi per vomitum reiectio</i>	41
<i>per Tussim</i>	42
<i>Candela Cerea in Carunculis</i>	63
<i>Curatio Hydroceles</i>	65
<i>Verrucarum</i>	72
<i>Herniæ per Magnete-</i>	
<i>tem</i>	91

D

<i>Dolor dentium periodicus</i>	1
<i>Arthriticus curatus</i>	32

E

<i>Emplastrum ad dolorem den-</i>	
<i>tium</i>	6
<i>Emulgentium Calculus</i>	73
<i>Emplastrum ad Hernias</i>	89
<i>Magneticum</i>	90

F. Fru-

RERUM.

F

28		
29	<i>Frustulum Tabaci in odontagia</i>	
34	<i>optimum</i>	3
35	<i>Felis per os pariens</i>	48
41	<i>Frontis Calculus</i>	73

G.

63		
65	<i>Galenus omnia non agnovit</i>	17
72	<i>Generatio hominis Unde ?</i>	51
	<i>Grillus in Aure</i>	60
91	<i>Generatio Verruca pensilis</i>	70

H.

1		
32	<i>Hippocrates allegatus</i>	11
	<i>Hydrargirum sine noxa degluti-</i>	
	<i>tum</i>	26
	<i>contra vermes</i>	26
6	<i>in lue Venerea</i>	27
73	<i>in difficili partu</i>	27
89	<i>Hydrocele.</i>	65
90	<i>Hernia Transplantatio</i>	78
11-		<i>I. Ite.</i>

INDEX

I.

Icteri remedia 38

L.

Lapis lazuli in Podagra 34

Lapides oriuntur in variis partibus humani corporis 41

Lithotomia 83

M

Mercurii crudi virtus 24

Mors ex frigido Clystere 31

Moscha Sinensi Antipodagrica 34

Medicamenta ad Arthritidem 36

N.

Nummi deglutiti 78

Nucleus deglutitus *ibid.*

Nasi restitutio 85

Nova Hernie curatio. 88

O

Odontalgie remedia 4

Ol. Buxi odontalgicum est *ib.*

Opium

RERUM

Opium optimum in Odontalg. 6.

Ossa foetus ex abdomine extra-

ta

47

ex Alvo

ib.

P

Pillule ad dolor. dentium 5

Pleuritis in abscessum desinens 9

Pus emiss per os, nares &c 15

Pestem curat Mercur. 25

Pediculos fugat Mercur. 27

Paralysis à frigore 30

Pleuritis sine V. S. sanata 43

Penis Callus, & Ulcera 56

Pensiles Veruce 69

Q.

Quid requiratur ad Uteri Am-
putationem. 19

Quadraginta Pastores lapide-
facti. 81

E. 4

Rob.

INDEX

R.

<i>Rolfincius allegatus</i>	10
<i>Rhodius allegatus</i>	15
<i>Remedia ad Alvi stypticitatem</i>	20
<i>Ad Pleuritidem</i>	48
<i>Ad Aneurismata</i>	55

S.

<i>Sang. Missio in inflammationibus necessaria.</i>	8
<i>Salivatio per Mercurium.</i>	26
<i>Scabiem sanat Mercurius</i>	27
<i>Spiritus Salis Ammoniaci in Podagra</i>	35
<i>Sal Urinae Jcterum fugat.</i>	48
<i>Syringæ abusus.</i>	61

T.

<i>Tinctura ad dolorem dentium</i>	5
<i>Tumor brachii mire sanatus.</i>	16
<i>Topicorum frigidorum damna.</i>	29
<i>Transplantatio Herniæ.</i>	95

V. Venæ

RERUM.

V

10	<i>Vena sectio in Pleuritide</i>	10
15	<i>Vteri prolapsus amputatus.</i>	17
20	<i>Vena Sectio in Arthritide</i>	33
48	<i>Unguentum Antiarthriticum.</i>	40
55	<i>Ad Pleuritidem.</i>	45
	<i>Vulvæ clausæ apertio.</i>	50
	<i>Vermes ex Aure.</i>	60
ii-	<i>In Dorso.</i>	<i>ibid.</i>
8	<i>In Umbilico.</i>	<i>ibid.</i>
26	<i>In Cerebro.</i>	<i>ibid.</i>
27	<i>In Vena emulgente.</i>	<i>ib.</i>
0-	<i>Cava</i>	<i>ib.</i>
35	<i>Basilica</i>	<i>ib.</i>
48	<i>Habitu Corporis</i>	<i>ib.</i>
61	<i>Verrucæ sponte evanescent</i>	72
	<i>Vesicæ calculus.</i>	81
5	<i>Walæus allegatus.</i>	13
16	<i>Willisius allegatus.</i>	10

FINIS.

E 5

LON-

LONGUM ITER PER
PRÆCEPTA, BREVE ET
EFFICAX PER EXEM-
PLA, *Senec. Epist. 6.*

APPROBATIO.

Imprimatur.

*F. Seraph. Zuchettus Vic. Sancti
Officii Ferrariae.*

ER
ET
M-

Carolus Andreas Spica Sacer-
dos Societatis Jesu Theolo-
gus, & Censor Eminentissi-
mi Episcopi vidi, & judico,
posse imprimi.

Imprimatur.

Fr. à Balneo Vic. Gen.

CITATIONA

1700
1701
1702

1703
1704
1705
1706
1707

1708
1709




Handwritten scribble

4069

ULB Halle

3

003 736 199



Sle

VD17





HENRICI à ⁶⁰⁵
MOINICHEN
OBSERVATIONES
MEDICO-CHIRURGICÆ.
^{22K} CUM ⁶¹⁶
ANNOTATIONIBUS
JOSEPHI LANZONII,
ET
INDICIBUS NECES-
SARIIS.

DRESDÆ,
Sumptib. GOTTOFR. KETTNERI
Typis RIEDELIANIS. 1691.

